



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Davidis Regii Prophetae Psalterivm

Moritz <Hessen, Landgraf>

Smalcaldiae, 1593

VD16 B 3258

Psalmvs LXXIIII. Vt quid Deus repulisti, &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

Et pungunt renes, tristia fata, meos.
Ante tuos oculos quod stultus & inscius esse
Te coram videor, quod pecus esse stupens.
Attamen immotus tibi soli semper adhesi,
Nam retines dextra me, Deus alme, tua.
Consilio fido loca meq; per inuia ducis,
Et caput erectum tollis in alta meum.
Non mihi terra ferax cura, nec sydera celi,
Dum mihi propitius sis mane asq; Deus.
Esto, mihi corpus, mens agra angore fatiscat:
Tu tamen es cordis portio magna mei.
Enpercunt omnes, qui non tua iussa sequuntur,
Intereunt, quotquot numina vana colunt.
Gaudia sed meas sunt, hac est mea sola voluptas:
In Domino firmam spem posuisse meo.
Dum statuo clypeum mihi praesidiumq; Iehouam,
Dum celebro unius fortia facta Dei.

PSALMVS LXXIIII.

Vt quid Deus repulisti, &c.

Quo, Deus, usq; gregem miserum, tua membra, repellis?

Cur, Deus, in populum feruet & iratum?

T Esto

Esto memor cætus proauorum atate redenti,

Hæredis, magno constitit ille tibi.

Esto memor montis, quæculmina celsa Sionis,

Quæ thronus ē sedes numinis alta tui.

Obtere t'pedibus, conculca funditus hostes,

Omnia qui sternunt, per loca sacra, Deus.

Edunt rugitus sauorum more leonum,

Inq' aedes sacras numina ficta locant.

Vt faber in syluam fert instrumenta, secures,

Ad templi interitū, sic rabida arma micant.

Lævia quinetiam tabulata infringere tentant :

Hac scelerata manus, sua securis agit.

Inclita tēpla, Deus, flamma crepitante cremarūt,

Sancta prophanarunt limina, sacrilegi.

Talia corde premunt: populemur cuncta viciſſim,

Omnia per terras templa abolere parant.

Nulla hodie apparent nobis tua signa: Prophetæ

Non sunt, qui doceant, qui ne futura canant.

Quò, Deus, usq' fremens inimicus talia probra,

Blasphemè violans nomina sancta, facit?

Cur tua, quoſo, manus nimis est auersa, tuoq',

Ne sit in auxilium, dextra retenta ſinu?

At Deus est mihi Rex, fidus defensor ab aeo,

Qui

Qui solita in terris auxiliatur ope.
Alta maris dirimis dextra, sauumq; Draconem,
Flumina qui tranat cerula, comminuis.
Tu capita infringis magnorum grandia cete,
Dans escam populis, qui loca vasta colunt.
Tu scaturire facis fontes, & flumina magna,
Exiccas iterum flumina, magna prius.
Noxq; diesq; tuo nutu, sollunaq; stellæ,
Omnia habent cursum, te moderante, suum.
Tu certos tribus fines regionibus orbis,
Soltitio & bruma temporacerta facis.
Ergo, invictæ Deus, te quisquam lädere tentet,
Et populus stultus nomina sancta premat?
Ne tradas animam dilecta turturis hosti
Crudeli, nec eam deseruisse velis.
Esto memor pacti: terra est etenim vndiq; vasta,
Destructa domus: tecta superba prius.
Ne miser atq; humilis patiatur, quo&so, repulsam,
Cum tales celebrent nomina laude tua.
Surge Deus, defende tuam, iustissime, caussam,
Opprobrii hostilis sis maneasq; memor.
Ne uie tuos capiant secura obliuia sensus,
Cum tollit fremitus pessima turbas uos.

T 2

Clamo.

Clamores reprobi crescunt, tolluntur in auras,
Atq^s suaceleri mobilitate vigent.

PSALMVS LXXV.

Confitebimur tibi, Deus, &c.

GRatifica Dominum colimus te laude poten-
tem,

Quòd, quæcunq^s facis, suspicienda facis.
Tempore namq^s suo index, ait ipse Jehoua,
Iudicio populos, iusticiaq^s regam.
Terra agitata tremit, pauidotimet incola vultu,
Hanc ego fultam humeris sustineo ipse meis.
Grandia iactantes & sesquipedalia verba,
Sic monui, non vos gloria vana decet.
Dixi etiam stolidis: ne fidite cornibus altis,
Prafracto collo, & desinite ore loqui.
Non est quòd metuam vires venientis ab ortu,
Nullus ab occiduis me ferit hostis aquis.
Non, qua descendunt celsis de montibus, arma
Curo: nos quis enim per loca vasta petat?
Nam iustus index Deus est, & iudicat equum,
Deprimit hunc, illum rursus ad alta levat.
Imo tenet manibus calicem, infundensq^s meracū,

Ioua